

1289.

1299 d. 4 Nov.

Calmar.

Prestmannen HENRICKS i Runsten gåfvobref på Hörninge å Öland, med dertill hörande lösegendom, utom åboens halfa andel i lösegendomen.

A. 3. b. 1.

Omnibus christi fidelibus presens scriptum cernentibus, HENRICUS sacerdos de runæsten, salutem in virginis filio benedicto, Quoniam que rationabiliter acta sunt frequenter in dubium reuocantur & raro perueniunt ad puram noticiam posterorum, nisi litterarum testimonio pateat succedentibus quod aliter mors & obliuio aboleret, frequenter eciam prauitas & inuidia peruersorum, Igitur constare volo omnibus euidenter me in honorem omnipotentis dei & beate virginis marie in meorum remissionem peccaminum conuentui sanctimonialium in seo, predia mea in Hyrninge cum domibus meis ibidem sitis nec non & rebus aliis mobilibus & immobilibus excepta tamen parte villici cui omnia mobilia ad dimidietatem succedunt, contulisse legaliter & assignasse, sed ne aliqua calumpnia super dicta donacione in posterum possit suboriri, presentes litteras cum sigillis reuerendorum dominorum videlicet domini thoriri kætilli, thorstani prepositi, prioris kalmarie vna cum sigillo meo proprio duxi roborandas, Datum kalmarie anno domini M° CC° XC° nono, in die sanctorum vitalis & agricolæ.

På frånsidan: supra hyringe.

Alla 4 Sigillen qvar, något skadade.

1290.

1299 d. 11 Nov.

Riks-Marsken THORKEL KNUTSSONS förnyade intyg öfver Orestes begrafning hos Minoriterbröderna i Stockholm.

A. 7. a. 1. 28.

Vniuersis presentes litteras inspecturis THYRGILLUS KANUTI filius &c. såsom föregående N:o 1280, till Datum Anno domini M°. CC°. XC°. IX. In festo sancti martini Episcopi et confessoris.

Sigillen: N:o 1, 2, skadade; N:o 3—5 bortfallna, remsorne till 3, 4 qvar.

1291.

1299 d. 15 Nov.

Forn Sigtuna.

MARGARETA GÖSTAFSDOTTERS Gåfvobref på dess gård Norby i Nerike och en tomt, med tillhörande åbyggnader, i Calmar, hvilka, tillika med de af Benedicta Holmstens dotter donerade gods i Möre, Handbörd och Aspeland, upplåtas till underhållande af nödigt presterskap, med dess betjening, vid det af henne stiftade Nunnekloster af Predikareorden, som hon börjat anlägga på nämnde tomt i Calmar, hvartill hon erhållit Biskop Lars's i Linköping stadfästelse samt löfte om invigning af kyrkogård derstädes.

A. 3. y: 2.

Omnibus presentes litteras visuris vel audituris SOROR MARGARETA GÖZSTAVI quondam filia, salutem in domino sempiternam, Quia rite et rationa-

biliter acta sepe reuocatur in dubium et multociens a maliciis hominum in-
 pugnantur. nisi presencium prouidencia satagat rerum gestarum seriem ad no-
 ticiam deducere posteriorum. Idcirco tenore presencium notum facio quod cum
 venerabilis pater dominus Laurentius dei gracia lincopensis episcopus in
 presenciam venerabilium patrum dominorum Nicolai vpsalensis archiepiscopi
 et aliorum suffraganeorum suorum, in concilio apud Telgis celebrato peticio-
 ni mee fauorabiliter annuens me et personas michi iunctas que mecum habitum
 sororum ordinis predicatorum iam assumpserant et inposterum sub eodem
 habitu coniungendas dimitteret cure et regimini ordinis supradicti et promi-
 serit quod apud kalmariam in loco claustrum quod in meorum remissionem pec-
 catorum necnon & aliorum michi attinencium diuina fauente clemencia inhoauit
 construere. cimeterium benedicet, sine preiudicio, grauamine, et dampno do-
 mini episcopi lincopensis et ecclesie kalmarnie et parrochialis sacerdotis
 ibidem, necnon et alterius cuiuscunque, Ego prout ab ipso requisita fui
 cauere volens ne quod absit propter futuri temporis euentus varios et in-
 certos ibidem cultum diuinum contingat aliquo modo deperire, Curiam me-
 am in Norby in Nericia, in qua annuatim quadraginta Thynones seminan-
 tur et fundum monasterii cum omnibus edificijs in eo constructis que quin-
 gentas marchas denariorum constiterant nec non et omnia bona mobilia et
 immobilia sororis benedecte de biergum filie quondam holmstani de bier-
 gum, sita in Møre, Andhbyrdia. Asbolandia, videlicet in biergum prope kal-
 marniam quinque oras terre, Item in biergum in andhbyrdia quatuor-
 decim oras terre. In ysaacsgerde vnum colonum, In silua vlgariter dic-
 ta høtaskogh tres colonos. In husaby dimidiam Marcham terre, In sin-
 dhrastadh decem oras terre, et duos colonos, In vfræhulm, sex oras terre,
 que iure possidet, et legaliter dicto loco et collegio sororum kalmarnie
 secundum leges terre deputauit de ipsius beneplacito et consensu plenario
 pro sustentacione vnius sacerdotis, qui ibidem diuina celebret perpetuo, et
 vnius clerici, et famuli ipsius assigno. proprietatem et dominium predictorum
 bonorum, retento duntaxat vsufructu apud sorores, ex nunc in locum trans-
 ferens memoratum. Ita, quod nec ego nec sorores dicti collegii que pro tem-
 pore fuerint nec quicunque alius vlllo vmquam tempore potestatem, seu fa-
 cultatem habeat prefata bona permutandi, donandi, vendendi, distrabendi,
 seu quouis alio modo alienandi, sine dyocesani loci et eius capituli consen-
 su et licencia speciali, ne si dictum collegium quod absit casu aliquo
 dissolui contingat, locus ad prophanos vsus redeat diuino cultui dedicatus,
 Hoc semper saluo quod redditus et prouentus durante collegio, apud sorores
 remaneant supradictas, nec se aliquis de eisdem prouentibus et redditibus col-
 ligendis et ordinandis intromittat, nisi ipse sorores vel quouis alius de ipsa-
 rum mandato specialij, In cuius rei testimonium, sigilla domini .B. illustris re-